

## 0136-0140- SS Hyginus [Viginus] - De Fide et Religionis Causis

O93, f. 12ra; N442, f. 32rb; V630, f. 32va; I83, f. 67ra; VD38, f. 60ra; SG670, p. 112b

INCIPIIT EPISTOLA VIGINI PAPAE DE FIDE ET RELIGIONIS[3] CAUSIS. <VD38, f. 60rb>

Viginus[4] in Christi nomine almae[5] urbis Romae episcopus cunctis in[6] apostolica fide et doctrina degentibus[7] [8] salutem.

Carissimi, deus filium suum misit in similitudinem[9] carnis peccati et de peccato[10] damnavit peccatum in carne, ut[11] iustitia legis impleretur. Filius[12] non <SG670, p. 113a> secundum deitatem solam a patre missus est, sed secundum carnem, quam clementer et pie pro nobis assumere non dedignatus est. Nam quod semetipsum exinanita[13] maiestatis suae potentia idem se[14] filius miserit, apostolus contestatur et[15] dicit: Semetipsum exinanivit formam servi accipiens[16], <I83, f. 67rb> humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Et[17] Isaias: Non[18] legatus neque angelus[19], sed ipse dominus veniet et salvabit eos. Item ibi: Palam apparui non quaerentibus me. Et Hieremias: Dereliqui domum meam, dimisi hereditatem meam, veni et factus sum illis <O93, f. 12rb> in opprobrium. Et in Michea: Ecce dominus veniet, et commovebuntur montes sub eo. Et in Zacharia: Gaude et exulta filia Sion, quia ecce venio[20] ego et commorabor[21] [22] in medio tui, dicit dominus. Et apostolus ad Timotheum: Humanus[23] sermo et omni acceptione dignus[24], <SG670, p. 113b> quoniam Christus Iesus[25] venit in hunc mundum <VD38, f. 60va> peccatores salvos facere. Et Malachias: Ecce subito veniet in templo[26] suo dominus[27], quem vos quaeritis, et angelus[28] testamenti, quem vos vultis. Et in evangelio: Non veni vocare iustos, sed peccatores in poenitentiam[29]. Item ibi: Quid nobis et quid[30] tibi[31], Iesu, fili dei, venisti ante tempus perdere nos? Item[32] ibi: Venit[33] filius hominis salvare et quaerere, quod perierat[34]. Item ibi: Ego veni[35], ut vitam habeant, et abundantius habeant. Item ibi: Nemo ascen[36]dit in caelum, nisi qui de caelo descendit, filius hominis, qui est in caelo. Numquid in his tantis ac talibus testimoniis, quibus se filius dei a semetipso venisse testatus est, poterit quis dicere ab alio et non a semetipso venisse, dum manifestum est eum[36], qui carnem nostram dignanter assumpsit, voluntarie et non ab alio missus[37] advenerit? Nam, qui in patre manens, ubique potentia <V630, f. 32vb> sua consistit, ubi[38], quo[39] a patre mitteretur, omnino non habuit, quoniam nulla <SG670, p. 114a> pars caelorum ac terrae a conspectu patris excipitur, ubi secundum vos a patre filius mitteretur. Et Paulus: Renovamini, inquit, spiritu mentis vestrae et induite novum hominem eum[40], qui secundum deum creatus est in iustitia et veritate sanctitatis. <VD38, f. 60vb> Et ad Hebraeos: In eo enim, in[41] quo passus est, ille temptatus est[42], nam potens est eis[43], qui <N442, f. 32va> temptantur[44], auxiliari. Unde sanctae vocationis semper[45] caelestis participes considerate apostolum et pontificem confessionis nostrae, Iesum fidelem existentem[46], qui creavit eum. Et ad Colossenses: Nunc au[47]tem deponite et vos universa[47], iram, indignationem, maliciam, blasphemiam, turpiaque[48] vel[49] ex ore vestro non procedant. Nolite mentiri invicem. Exspoliantes vos veterem hominem cum actibus eius et induite novum cum[50] eo, qui renovatur in agnitionem[51] secundum imaginem eius, qui creavit eum. Numquid is, qui universam creaturam, visibilia et[52] invisibilia propria[53] <SG670, p. 114b> potestatis virtute procreavit ac fecit, seipsum ante[54] aut[55] postmodum, quod dicere nefas est, creavit vel facere potuit? Et dominus in evangelio ait: Ego et pater unum sumus[56]. Et[57] iterum: Qui me videt, videt et patrem. Et iterum: Qui me odit, et patrem meum odit. Et iterum: Ut omnes honorificent[58] filium, sicut honorificant patrem. Et iterum: Ut sint in nobis[59] unum, sicut et nos sumus unum, tu in me et ego in eis. Et iterum: <VD38, f. 61ra> Omnia mea tua sunt. Et iterum: Ego in patre[60], et pater in me. Et iterum: Pater in[61] me manens facit opera haec. Et Ioannes evangelista ait: In principio erat verbum, et ver[62]bum erat apud deum, et deus erat verbum. Et iterum ipse ad Parthos: Tres sunt, inquit, qui testimonium perhibent in[62] terra: aqua, sanguis et caro[63], tres in nobis sunt; et[64] tres sunt[65], qui testimonium perhibent in[66] caelo: pater, verbum et spiritus, et hi tres unum sunt. Nos itaque in natura deitatis, quia unum sunt pater et filius, nec patrem credimus aliquo tem[67]pore praecessisse, ut[67] maior sit filio, nec filium[68] postea natum esse, ut deitati[69] patris minoretur[70].

Ceterum[71], fratres, salvo in omnibus Romanae[72] ecclesiae privilegio[73] nullus metropolitanus absque ceterorum omnium comprovincialium episcoporum instantia aliquorum audiat causas eorum[74], quia irritae[75] erunt aliter actae quam in conspectu eorum omnium ventilatae, et ipse, si fecerit, coerceatur[76] a fratribus.

Criminationes[77] [78] maiorum natu per alios non fiant, nisi per ipsos, qui[79] crimina intendunt[80], si tamen ipsi digni et irreprehensibiles apparuerint et actis publicis docuerint[81] [82] omni <VD38, f. 61rb> se suspicione <I83, f. 68rb> carere et inimicitia atque irreprehensibilem fidem ac conversationem ducere.

Nec non et peregrina[83] negotia[84] et iudicia prohibemus, quia indignum est, ut ab externis iudicentur, qui provinciales et a se electos debent[85] habere iudices.

Nos quidem ex omni[86] parte carpiendo[87] occasiones <V630, f. 33ra> abscedimus. <SG670, p. 115b> Nos[88] supernae memores disciplinae qualemcumque[89] cadentibus dexteram porrigimus et a ruinae praecipitio[90], quos[91] [92] possumus, relevamus, et defensionis[93] admini[94]culum[94] totis viribus[95] [96]

praebere cupimus. Certe vel si mens sit recti conscia, vindicta dignus est, qui<sup>[97]</sup> alii existit causa periculi. Qui vero innocentem vel fratrem quocumque ingenio persequitur, <O93, f. 12va> ipse<sup>[98]</sup> iugulum<sup>[99]</sup> mortis impingit, ut ait divinus et beatus praeco<sup>[100]</sup>: Noli<sup>[101]</sup> detrahere<sup>[102]</sup>, ne eradiceris<sup>[103]</sup>, noli accusare, ne accuseris, noli iudicare, ne iudiceris, quia<sup>[104]</sup>, in quo iudicio iudicaveris, iudicabitur de te. Nemo creditur non odisse, quorum relatione<sup>[105]</sup> <sup>[106]</sup> non laeditur. Dicit enim<sup>[107]</sup> dominus: Omne <I83, f. 68va> regnum in se<sup>[108]</sup> divisum non stabit, et omnis<sup>[109]</sup> scientia et regula adversum se divisa non stabit. Ideoque necesse est, ut<sup>[110]</sup> concorditer salubres<sup>[111]</sup> suscipiatis hortatus nihil per contentionem agentes, <SG670, p. 116a> sed ad omne studium devotionis unanimes divinis <VD38, f. 61va> et apostolicis constitutionibus<sup>[112]</sup> pareatis<sup>[113]</sup>.

Data XVII Kal. Octobr. Magno et Camerino consulibus.

O93, f. 12va; N442, f. 32vb; V630, f. 33ra; I83, f. 68 va; VD38, f. 61ra; SG670, p. 116a

[1] *Überschrift*] EPISTOLA YGINI PAPAE DE INCARNATIONE DOMINI ET NE CRIMINATIONES PASSIM CONTRA SACERDOTES RECIPIANTUR *SG670*

[2] HYGINI *V630*

[3] DE RELIGIONIS] RELIQUIS *V630*

[4] Yginus *V630; SG670; Iginus VD38*

[5] *am Rande* clare sanctę *VD38*

[6] *in fehlt* *I83; SG670*

[7] *am Rande* viventibus *VD38*

[8] *vegentibus I83; videntibus SG670*

[9] similitudine *VD38*

[10] *am Rande* De hostia corporis sui quod pro nobis obtulit in cruce Nam in vetri testamenti ipsa hostia dicebatur peccatum quę pro peccatis offerebantur *VD38*

[11] *ac VD38*

[12] *am Rande* filius non secundum deitatem solam a patre missus est sed secundum carnem *V630*

[13] *interlinear* quasi annullata *VD38*

[14] *se fehlt* *V630; VD38*

[15] *et dicit]* qui ait *I83; SG670*

[16] accipiens] accipiens et *SG670*

[17] *Et fehlt* *N442; I83; VD38*

[18] *am Rande* non missus *VD38*

[19] angelus *korr. aus* angelus d *VD38*

[20] venio ego] ego venio *I83*

[21] *am Rande* habitabo *VD38*

[22] *commovebor I83*

[23] *am Rande* carus pretiosus *VD38*

[24] dignus *korr. aus* dignos *V630*

[25] Iesus *fehlt* *VD38*

[26] templo] templo sancto *I83; VD38; SG670*

[27] dominus *fehlt* *I83*

[28] angelus *korr. aus* angelos *O93*

[29] poenitentia *V630*

[30] quid *fehlt* *SG670*

[31] tibi Iesu *korr. aus* tibi *V630*

[32] Item ibi: Venit filius hominis salvare et quaerere, quod perierat *fehlt* *V630; SG670*

[33] Veni *I83*

[34] periat *VD38*

[35] veni *fehlt* *I83*

[36] eum] quod his *VD38*

[37] *missum N442*

[38] ubi *fehlt* *I83; SG670; ubi]* ut ubique *VD38*

[39] quo *fehlt* *O93; quoque korr. aus* quo *N442*

[40] eum *fehlt* *V630; I83*

[41] *in fehlt* *SG670*

[42] est nam *fehlt* *SG670*

[43] ei *I83*

[44] temptatur *I83*

[45] super *SG670*  
 [46]exsistentem] existentem ei *I83; VD38; SG670*  
 [47] universam *I83; VD38; SG670*  
 [48] turpiaque] turpia queque *SG670*  
 [49] verba *V630; vel fehlt VD38; SG670*  
 [50] cum eo] eum *V630; SG670*  
 [51] agnitione *I83; SG670*  
 [52] et invisibilia *fehlt I83*  
 [53] propria *korr. zu propriae V630*  
 [54] ante aut *korr. aus antea ut V630*  
 [55] aut] ut pro *I83*  
 [56] sum *O93*  
 [57] Et iterum: Qui me videt, videt et patrem *fehlt V630*  
 [58] honorificent *korr. aus horificent V630*  
 [59] vobis *I83*  
 [60] patre *korr. aus pat VD38*  
 [61] in me *korr. aus in O93*  
 [62] in terra: aqua, sanguis et caro, tres in nobis sunt; et tres sunt, qui testimonium perhibent *fehlt SG670*  
 [63] caro] et hi *VD38*  
 [64] et] et hi *VD38*  
 [65] sunt *fehlt VD38*  
 [66] in] in in *I83*  
 [67] vel *I83*  
 [68] filium *korr. aus filio V630*  
 [69] deitatem *I83; deitate VD38; SG670*  
 [70] *interlinear ra SG670*  
 [71] *Vor Ceterum Rubrik DE METROPOLITANIS EPISCOPIIS VD38*  
 [72] romę *VD38*  
 [73] *am Rande honore dignitate VD38*  
 [74] eorum *fehlt SG670*  
 [75] *am Rande vacue inanes VD38*  
 [76] *am Rande castigetur VD38*  
 [77] *interlinear accusationes VD38*  
 [78] *am Rande notandum O93; am Rande Quales debeant esse accusatores I83*  
 [79] quo, *interlinear vel qui V630*  
 [80] *am Rande obiciunt VD38*  
 [81] *am Rande apparuerint*  
 [82] docuerunt *I83*  
 [83] *am Rande extranea VD38*  
 [84] negotia et iudica] et negotia iudicia *korr. aus et iudica negotia O93*  
 [85] debet *I83*  
 [86] omni *korr. aus om O93*  
 [87] carpiendo *korr. zu carpando V630; cavendo VD38; carpendi SG670*  
 [88] Et *SG670*  
 [89] quacumque *VD38; qualemcumque] qualibuscumque et qualitercumque korr. aus qualibuscumque qualitercumque SG670*  
 [90] *am Rande causa deiectione VD38*  
 [91] *am Rande quantum VD38*  
 [92] quo *VD38*  
 [93] defensionis] defensiones atque *SG670*  
 [94] *interlinear adiutorium VD38*  
 [95] *am Rande virtutibus VD38*  
 [96] viribus *korr. aus viris V630*  
 [97] qui alii] quia alia *VD38*  
 [98] ipse *korr. zu ipse in se V630; ipse] ipse sibi VD38*  
 [99] *am Rande plagam vulnus VD38*  
 [100] *am Rande dominus nuntius veritatis VD38*  
 [101] Noli *korr. aus Nolite N442; VD38*  
 [102] detrahere, ne eradicaris, noli accusare, ne accuseris, noli *fehlt VD38*  
 [103] eradicaris *korr. aus radiceris V630*

- [\[104\]](#) quia] Quia si *korr. aus* Quia SG670
- [\[105\]](#) *am Rande* narratione VD38
- [\[106\]](#) revelatione I83; rebellionem SG670
- [\[107\]](#) enim *korr. aus e O93*; enim *fehlt* I83
- [\[108\]](#) se] se ipsum SG670
- [\[109\]](#) omni I83
- [\[110\]](#) et I83
- [\[111\]](#) *am Rande* sanos VD38
- [\[112\]](#) *am Rande* decretis VD38
- [\[113\]](#) *interlinear* oboediatis VD38